ta facile indigna & iam condicione deposuerunt; Nam de tam indignum
& fortibus uiris quam longe remota saepe uicta adhuc hostes & de im de-
minantis imperio arma deponere pacique seruire; sin ipso tum ad nunti-
atae pacis sono per corda cunctorum aegra belli tabuisset intentio; & per diu-
turnas laborum uigilias oscitantes ac stupefactos quies inopinata laxasset.
prius quam ipsam quietem uoluntas pacta componeret; Unde autem tanta
fatigatio omnium per totam greciam populorum corda corporaque
oppresserit. quae efferos animos ignoto adquiescere otio tam facile per-
suasit. quam breuissime ostendam; Lacedemonii ut pote homines & greci
homines. quo plura habeant ampliora cupientes; postquam atheniensium po-
titi sunt. uniuersam greciam spe dominationis hauserunt;

asia

Itaque toto oriente bellum mouentes. hircylidem ducem in hanc militiam legauerunt;
Qui cum sibi aduersus duos potentissimos artaxersis persarum regis prae-
fectos. farnabuzum & tisafernem pugnandum uideret. prouiso ad tem-
pus consilio ut pondus geminae congressionis eluderet; Unum denunti-
ato bello adpetit. alterum pacta pace suspendit; farnabuzus tisa-
fernem apud artarxersen communem regem defferet ut proditorem
praeterea qui cum hoste belli tempore de foederis condicione pepigisset;
Hortatur que regem. ut in loco eius cononem atheniensem uirum. qui tunc
forte apud cyprum exulabat. ducem nauali bello constituat; Acceptis
igitur quingentis argenti talentis conon per farnabuzum euocatur classi-
que praeficitur; quibus conpertis lacedemonii & ipsi auxilia naualis bel-
li a rege egipti hercynione qui per legatos petunt; A quo instructas centum trire-
mes & decem milia modiorum frumenti acceperunt; a(b) e(g)o ... etiam undique magna con-
traxere subsidia;
Cum militiae consensu omnium agesilaum ducem decreuerunt. ui rupe
de claudum. sed quin difficillimo rerum statu. malent sibi regem claudicare
quam regnum; raro umquam ita pares omni industria duces in unum coegere
bellum. qui acerrimis simis inuicem plus fatigati & multo sanguine
obliti uelud inuicti ab alterutro recesserunt; Igitur conon accepto ite-
rum per seipsum a rege magno stipendio. reuersus ad classem; inuadit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_829/0068